Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1951

248 - Freiburg 1298 Juni 23: Friedrich von Staufen, Komtur, und der Konvent des Deutschordenshauses zu Freiburg kommen mit Johann, Sohn des Konrad Ederli von Freiburg, dem sie ihren Hof zu ...

urn:nbn:de:bsz:31-70566

Visual Library

frater Erbo de Argentina[15], frater Heinricus de Phaffenheim[16], frater Marquardus dictus Winhart[17], frater Hugo Bitterolfus[18] et reliqui fratres eiusdem domus, qui omnibus predictis interfuimus et egimus et fecimus, ut est suprascriptum, sigillum mei commendatoris una cum sigillo commendatoris provintialis nostri predicti duximus presentibus appendenda, volentes et petentes, ut in predictorum evidentiam cives de Friburg sigillum sue communitatis presentibus etiam appendant[19]. Nos vero frater Růdolfus Kv̊chelinus de Friburg commendator provintialis predictus fatemur et recognoscimus predictum contractum et eius causam et omnia, que circa eius instructionem premissa sunt, vera esse et de consensu licentia et auctoritate nostra, ut prescriptum est, omnimode processisse, in eius et omnium premissorum approbationem per nos factam ac robur et firmitatem perpetuam sigillum nostrum una cum sigillo predicti commendatoris presentibus appendentes. Nos Dietricus de Tv̊selingen scultetus, Johannes de Tv̊selingen magister civium et consules de Friburg sigillum civitatis de Friburg ad voluntatem et petitionem commendatoris et fratrum predictorum in premissorum evidentiam duximus presentibus appendendum. Datum et actum Friburg in domo nostra predicta anno domini $M^{o}CC^{o}XC^{o}$ octavo mense iunii indictione XI^{a} in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste presentibus: Dietrico de Tv̊selingen sculteto de Friburg, Egelolfo Kv̊chelino, Cůnrado dicto zer Eiche, Hugone Kv̊chelino militibus, Alberto dicto Rintko̊f, Johanne de Stv̊llingen, Cůnrado dicto Kozze, Heinrico dicto Morser, Nicolao dicto Ederli, Johanne dicto Boggenrv̊ti[c], Alberto dicto Lange, Johanne de Mvnzingen, Johanne de Tv̊selingen, Burchardo dicto Meinwart et aliis quampluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis et rogatis.

248 *Freiburg 1298 Juni 23*

Friedrich von Staufen, Komtur, und der Konvent des Deutschordenshauses zu Freiburg kommen mit Johann, Sohn des Konrad Ederli von Freiburg, dem sie ihren Hof zu Offnadingen verkauft haben, zusätzlich überein, daß sie ihm die 75 Scheffel Getreide, die dem Ritter Bilgeri von Husen und seiner Frau von diesem Hof zu Leibgeding zustehen, von ihrem Hof zu Ampringen, genannt des Vassers Hof, entrichten werden.

Or. Karlsruhe GLA.: 11/107 (St. Blasien). Siegel an Leinenstreifen: 1. = n. 247 (1.); 2. = n. 132 (3.). Rückvermerk (14. Jh.): de Offeimingen. *— Abschr. (1546) ebd.: Kopialbuch 1194 Bl. 209^{v}.*

247 c *sic statt* Bvgg-

15 *Über ihn vgl. ebd. 1, 306; ferner Kindler v. Knobloch, Das Goldene Buch von Straßburg, S. 77.* 16 *wohl Pfaffenheim n. Rufach* 17 *Wohl aus dem Basler Geschlecht. Vgl. Socin MN., S. 173.* 18 *Aus dem Freiburger Geschlecht. Vgl. Kindler v. Knobloch OG. 1, 95.* 19 *Um das Siegel der Stadt wurde wohl deshalb nachgesucht, weil der Käufer Bürger von Freiburg war.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Geschrieben von derselben Hand wie n. 170 u. 241, also Ausstellerherstellung, und zwar durch den Komtur bzw. den von ihm beauftragten Schreiber. Die Übereinstimmung ist evident. Auch der bei n. 241 vermerkte Wechsel der Buchstaben ist hier wahrzunehmen (z. B. zweierlei a und g); das N hat hier sogar dreierlei Formen: in Z. 1, Z. 3 von unten (dieses letztere N wie in n. 241 Z. 3 von unten), Z. 7 und 10 von unten. Da die Empfänger dieser 3 Urkunden verschieden waren, bei allen aber als Aussteller Herren von Staufen (der Johanniterkomtur Rudolf, der Ritter Otto, der Deutschordenskomtur Friedrich) erscheinen, dürfte der Schreiber im Dienste dieses Geschlechts gestanden sein. In formaler Hinsicht besteht eine Abhängigkeit von n. 247 (vgl. die Stellen in Kleindruck), weshalb für diese Urkunden ein gemeinsamer Verfasser anzunehmen ist, nämlich der Prokurator der Herren von Staufen Rudolf von Radegg (vgl. die Vorbemerkung von n. 247). Pergament, Leinenstreifen und Wachs wie bei n. 247, also gleichzeitige Herstellung.

Zur Provenienz vgl. n. 247. Des Vassers Hof zu Ampringen verkaufte das Deutschordenshaus schon im Jahre 1299 (s. n. 269) an das Kloster St. Blasien.

Zur Sache vgl. n. 247.

Noverint universi presentium inspectores, quod nos frater Fridericus de Stŏphen commendator domus ordinis hospitalis sancte Marie Theutonicorum Friburgen[sis][a] Constanciensis dyocesis et fratres conventus eiusdem domus et ordinis fatemur et recognoscimus per presentes vendicionem curie quondam nostre site in villa Ofmenningen factam Johanni quondam nato bone memorie Cůnradi dicti Ederli de Friburg secundum omnem sollempnitatem et instructionem ipsius vendicionis, prout in instrumento super hoc confecto, quod incipit „In[b] nomine domini amen. Noverint universi" et finit „et aliis quampluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis et rogatis"[1] plenius continetur. Verum quia in predicta curia per nos vendita dominus Bilgerimus de Hvsen[2] miles et . . uxor eius, quam nunc habet, ex preterita nostra vendicione seu concessione[3] habent pro tempore vite[c] ipsorum precario nomine annuam pensionem seu redditus videlicet septuaginta quinque modiorum pro medietate tritici et pro medietate siliginis, de qua pensione seu precario propter absentiam ipsius militis et eius uxoris et etiam propter alias causas intercurrentes predictam curiam, quantum ad ipsum precarium seu pensionem, predicto Johanni ad presens liberam[4] expedire seu exonerare non potuimus, conventum est inter nos de consensu et auctoritate fratris Růdolfi Kv̊chelini commendatoris nunc provincialis nostri et ipsum Johannem pro se et heredibus suis[d] de expedienda et solvenda predicta pensione seu redditu sibi vel eius heredi-

248 [a] *oder* -[sium], *auf* Theutonicorum *bezogen* [b] im *verschrieben im Or.* [c] vice *im Or.; deutliches* c *statt* t *in dieser Urkunde häufig* [d] suis *auf Rasur*

[1] *n. 247* [2] *Über ihn vgl. n. 176 Anm. 4.* [3] *Eine Urkunde hierüber ist nicht erhalten.* [4] *Es ist auffallend, daß diese Belastung des Hofes in n. 247 nicht erwähnt ist. Allerdings ist dort auch nicht von freiem Besitz die Rede.*

bus de curia nostra sita[e] in villa Amperingen dicta des Vassers[5] hof et eius pertinentiis, quousque predictam curiam in Ofmenningen a predicta pensione seu precario prefati militis et eius uxoris expedierimus ipsi Johanni et eius heredibus et fecerimus liberam et penitus absolutam, ad quod intendere et laborare bona fide promisimus et promittimus per presentes. Debemus etiam predictam pensionem seu redditum predicto Johanni et post eum eius heredibus solvere de dicta curia in Amperingen et presentare in civitate Friburgensi inter festa assumptionis et nativitatis beate Marie virginis singulis annis absque ipsorum laboribus et expensis. Et ut premissa rata et firma, prout prescripta sunt, secundum veritatem geste rei simpliciter per nos observentur, renunciamus pro nobis nostrisque successoribus universis omni iuri seu privilegio vel quacumque libertate habita vel habenda, per que contra predicta quomodolibet venire possemus. In premissorum evidentiam et observationem sigillum mei commendatoris predicti una cum sigillo predicti commendatoris provincialis nostri duximus presentibus appendendum. Nos vero frater Růdolfus Kv̊chelinus de Friburg commendator provincialis predictus fatemur predicta vera esse et in signum nostri consensus et auctoritatis et robur premissorum sigillum nostrum una cum sigillo predicti commendatoris appendimus ad presentes[6]. Datum et actum Friburg in domo nostra predicta anno domini M°CC°XC° octavo mense iunii in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste indictione XI[a] presentibus Dietrico de Tv́selingen sculteto de Friburg, Egelolfo Kv̊chelino, Cůnrado dicto zer Eiche, Hugone Kv̊chelino militibus, Alberto dicto Rintkőf, Johanne de Stv̊llingen, Cůnrado dicto Kozze, Heinrico dicto Morser, Nicolao dicto Ederli, Johanne dicto Bvggenrv́ti, Alberto dicto Lange, Johanne de Mvnzingen, Johanne de Tv́selingen, Burchardo dicto Meinwart et aliis quampluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis et rogatis.

249 *Freiburg 1298 Juni 25*

Johannes Ederli, Bürger von Freiburg, verkauft drei Höfe und weitere Güter zu Munzingen Johannes Pittit dem Hefenler, Bürger zu Freiburg, um 150 1/4 Mark Silber.

Or. Karlsruhe GLA.: 23/45 (Kloster Günterstal). Stadtsiegel IV (mit Hanf umwickelt, in dunkler Stoffhülle eingenäht) an Leinenstreifen.

Geschrieben von derselben Hand wie n. 10, also Herstellung von dritter Hand.

Zur Provenienz: Die Archivsignatur verrät den späteren Übergang der Urkunde mit der Liegenschaft in den Besitz des Klosters Günterstal.

248 [e] sita *auf Rasur*

[5] *Über die Beziehungen dieses Geschlechts zum Deutschordenshaus vgl. Hefele Schauinsland 61, 28.* [6] *Es fällt auf, daß hier wie in n. 247 der Freiburger Komtur vor dem Provinzialkomtur siegelt.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg